



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Vers. 6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Prehenderit, maximus agricolis pelagoq; praebitur imber. Si obscurum cornu, sen niger aer, caelum est, quod in Palaestina dicebant triste rutilans. Aratus vocat Lunam *μαλαίνουμένη*. S. Basil. Hom. 6. in Hex. *μαχρίαν*, Claudianus

Lunaq; non gracili surrexit lurida cornu.

Color ille nigricans, aut triste rubens, quem Cereuleum appellant.

Olli Cereuleus supra caput astitit imber.

Sic Vegetius: Color cereuleus indicat pluuiam, & paulo post Virgilius de Sole. Cereuleus pluuiam denunciat, igneus Euros. Cereuleo nigrum indicari constat ex Arato, unde ista sumpsit poeta.

ἢ εἴτε μελαίνῃ καὶ τοὶ τὰ μὲν ὕδατ' ἔστω

Σημεῖα μετέωρ'.

Si quando nigrum sit, haec tibi signa erunt futura pluuiam. Hoc est ergo *οὐρατ' ὁ σὺν ὕδατ'* triste rubens. sic etiam Virgilius.

*Si macula incipiens rutilo immiscerier igni,
Omnia tum pariter ventis nimbiq; videbis*

Ferere.

Vegetio etiam imbre impendente Sol est maculosus. Hic autem etiam conditur in nubem, quae ipsa atra rutilo miscetur.

§. 7. Hae igitur in re consentiunt Scriptura, & observationes Paganorum. Vna in re videtur diuersitas. Iudaei cum caelum vesperti vident *συνέλαον* serenitatem fore praedicunt, at Virgilius cum Luna rubuerit, ventum esse ait. At si virgineo suffuderit or a rubere, Ventus erit, vento semper rubet aurea Phoebe. Et de Sole. Cereuleus pluuias denunciat, igneus Euros. ibi quoq; est Sol *συνέλαον*, Ignis. Sic Vegetius: Ventu virgentibus igneus. Sumpsit ex Arato. *ἢ δ' ἐκαστὴν αὐτὴν ἀνέμερον. omnia rubra sunt (signa) venti.*

Possit quispiam dicere, cum sunt in Palaestina venti, videri *συνέλαον*: valde enim refrigerat regionem positam plagae suae ardentem. Nec ratione caret, si distinguamus Solis & Lunae ruborem, ab aeris rubore hilari & diluto. Nam opus est intensiore & spissiore aliquanto rubore aeris, ut astra illa rubeant: medio item enim facile luce sua vindicant. Itaq; si tenuis sit & laevis rubor vesperti, serenitas erit, si grauior, ut Sol vel Luna rubeant, ventus erit. Si rubor Lunae ad nigrotē tendat, & Solis color variauerit, triste caelo, imber erit.

Tria igitur prognostica diuersa sunt. Cereuleus aeris color, rutilo tustiore & nigricante, qui Solem & Lunam condit, maculis variet, quo signatur pluuiam. Rubor aeris laetior qui Solem & Lunam coloret, ille ventos indicat, licet iocrenim, sed copiosa est materies exhalationū & vaporum. Deniq; color vespertinus rubens, sed dilutus, qui vel post Solis occasum apparet, vel Solem uon imbuat victus lucis candore, tum nec venti nec pluuiam expectanda fuerit. Porro Lunae cornua obtusa aeris per quem videntur spissitudinem designant, ideoq; pluuiam denunciant maiora enim videntur, si medium densius sit, ita Solis orbis mane per vapores aspectus maior, at in medio caeli minor appareat. Haec illi considerauerunt, spiritualia neglexerunt, negat Christus aliud signum se daturum, quam Ionae Prophetae de quo c. 12. Plinij etiam praesagia conueniunt. l. 18. c. 35.

Conciliatio
v. 1. p. a-
v. 1. a.

Primumq; a Sole capiemus praesagia. Purus oriens, atq; non feruens, serenum diem nunciat: at hybernā pallidus grandinem: si & occidit pridie serenus & oritur tanto certior fides serenitatis. Concautis oriens pluuias praedicat: item ventos cum ante exorientem eū nubes rubescunt. Quod si & nigrae rubentibus interuenerint, & pluuias. Cum orientis atq; occidentis radij rubent, coire pluuias. Si circa occidentem rubeant nubes, serenitatem futuram diei sponder. Si in exortu spargentur partim ad Austrum, partim ad Aqu-

lonem, pura circa eum serenitas sit licet, pluuiam tamen ventosq; significabunt. Si in ortu, aut in occasu contracti cernentur radij imbrem. Si in occasu eius pluet, aut radij in se nubem trahent, asperam in proximum diem tempestatē significabunt. Cum orientem diuino illustres eminebant, quis circumdanti nubem sint, pluuiam portendent. Si ante exortū nubes globabuntur hyemem asperam denuntiabunt. Si ab ortu pellentur, & ad occasum abibunt, serenitatem, Si nubes Solem circumcludunt, quanto minus luminis relinquent, tanto turbidior tempestatē erit: Si veto etiam duplex orbis fuerit, eo atrocior. Quod si in exortu sit, ita ut rubescant nubes, maxima ostendetur tempestatē. Si non ambibunt, sed incumbunt, a quocumque vento fuerint, eum portendent. Si a meridie, & imbie Si oriens cingetur orbe ex qua parte is se aperit expectetur ventus. Si totus defluerit aequaliter, serenitatem dabit. Si in exortu longe radios per nubes porrigat, & medius erit inanis pluuiam significabit. Si ante ortum radij se ostendunt, aqua & ventum. Si circa occidentem candidus circulus erit, noctis leuitem tempestatē. Si nebula vehementiorem. Si cadente Sole, ventum. Si ater circularis fuerit, ex qua regione is rupeit se, ventum magnum.

VERSUS 5.

Et cum venissent discipuli eius trans fretum, obliui sunt panes accipere.

QUESTIO I.

Quomodo obliui sunt panes accipere?

§. 1. P. Recedente vesia dicitur abiisse, Marc. c. 8. 14. admonet lacum traiecit, abiit enim *trans fretum*. In longiore autem profectioem solebant panes accipere. Nempe antequam nauigarent, obliui fuerant, *ἵνα τὸ πῶς αὐτὴν ἵππῃν ὑλῆσιν*. Negligentia Apostolorum accusare morosi est interpretis. Fieri enim poterat, ut feriat re occupati, Domini miraculis, & sermonibus intenti corporis curandi cogitatione deponerent. Diuina autem ordinatione obliuio contigit, ut admonitionis sequentis occasio daretur, imo & noui miraculi, nam Christus eorum sollicitudinem in animo latentem & debile si dem detexit. Sportas quae super fuerant, aut tui bax, aut pauperibus distribuerunt, ad miraculi magnitudinem & certitudinem cunctis indicandam. Proficiuntur igitur & ignorant commessum deesse, donec iam ad stationem peruenirent.

VERSUS 6.

Qui dixit illis: Intuemini & caute a fermento Phariseorum & Sadducaeorum.

QUESTIO I.

Quid fermentum Phariseorum?

§. 1. O. Caelatione parū de quibus ipsi solliciti erant Christus eos de fermento Phariseorum cauendo hortatur, geminatione verborū efficaci: *ἵνα μὴ παροξυνέτε; videte atq; aduertite*. Marc. cap. 8. 15. *ἐπὶ τὸν βλῆπετε ἀπὸ ζυμῆς; v. d. discernite, a fermento*. Paulus eodē simili ab haereticis cauendum nos hortatur. i. Cor. 5. modicum fermentum totam massam corrumpit. Solo attractu & mistura nocet. Et mirum est totam massam corrumpi, & accescere fermentum autem a tota massa non edulcorari.

§. 2. Fermentum *ἡ ζυμῆς* quidam interpretantur, quicquid proprium Phaulai diuino verbo admisceantur, ita fere haeretici. Calu. l. 4. In l. 10. 26. Verum expositiones multae, illustrationesque addi verbo diuino solent, non tamen quae parem eum ipso

Signa
Tempe-
statum.

Non omnes
explicite
feruntur
fieri.

Duplici
modo
dicitur
quod a Doro.

Quidno-
tum Dn.

Pero aggre-
gati appa-
rent.

Calu-
pau.

Calu-
pau.

Non minus verbo habeant potestatem. Improbam tamen depravationem, quæ amatam reddant inoffensam diuinorum eloquiorum, fermentum dici potest. Verum non est opus nouam requirere expositionem, cum Christus veram dederit. Luc. 12. 1. *ἡ τῆς ἐκκλησίας*. & vers. 12. de doctrina interpretatur, quidquid enim agebant, amarulentum & noxium erat, cum non animo Deum colendi, sed ex impiæ gloriæ & opum cupiditate procederet, quamuis longe aliud in vulgus iactarent. Hinc etiam doctrina peruersa originem habuit, ut nempe de delectandis parentibus, quæ legem Dei ad traditiones suas stabilendas euerbebat. Hinc doctrinae ota fucata erat & ad libidines eorum composita, ac deinde mores doctrinae similes: quod enim docebant, hoc faciebant.

§. 3. Caluinus fermentum Pharisaicum esse pronunciat, quidquid à Deo non est profectum. Inde concludit. Cum nominatim ab eorum doctrina prohibeat suos Christus, sequitur repudiandos esse omnes, qui sua signenta admittunt verbo Dei, vel quidquam alienum ingerunt, quocumque tandem polleant honoris gradu, vel titulo superbiunt, quare maledicta est & prauaricatrix eorum subiectio, qui vltro Papa commentis, & legibus se subiiciunt.

Respondet. Temerarium esse furorem, damnare omnium magistratum leges, siue Ecclesiæ siue politię, quamuis enim à Deo non sunt profectæ, *apud eos* seu immediate; potest tamen, quæ feruntur, à Deo non esse. Nos quoque eos toto animo detestamur, qui sua commenta verbo Dei admittunt, si vel falsa sunt, vel quæ à Deo, si vera, & tamen D. i. verbo æquiparare contendunt, alioqui vitorum sanctorum & doctorum in verbum Dei factos commentarios veneramus. Verbum Dei intelligimus vero, non nudas literas, aut scriptiones, sed textum & verum sensum, verbum etiam traditum, quo sublatum, non est quo scriptum credamus. Traditiones autem à Deo profectas, verbum Dei proficemur, tam enim quod Deus dixit, quam quod scripsit, eius est verbum. Nec minoris auctoritatem habet viuus doctor aculeum, quam literis exaratum eloquium. Nec maledicta est subiectio, quæ se Papæ legibus vltro fideles subiiciunt, cum ouium salus sit imperio sui parere pastori, & si sua libertate euagantur exitio reddantur proximis. Ipse Caluinus fateatur, v. 18. Omnes fideles sunt aggregati. Nam Christus, inquit, hoc commune fore totius Ecclesiæ fundamentum, denunciatis, quidquid piorum in mundo futurum Petro aggregare voluit. Nos igitur Petro aggregati, Petri igitur Successori communicare oportet, & ab eo religionis expositionem expectare. Fateatur etiam v. 18. eximiam Petri inter alios excellentiam notari. Maledicta igitur & prauaricatrix est eorum conuincia qui diuisione facta, postquam à Petri sede decellerunt, per tres quatuorue diuersas & aduersas hæreses apostatarum, Sectatores tandem ad atheismum dilabuntur, audiat igitur fidelis antiquæ fidei assertor Hieronymum potius quam Caluinum. Ille Epistola ad Damasc. quæ est 57. his verbis Caluinum damnat. Quotiam vetusto oriens inter se populorum furore collisus indissimulam Domini tunicam & desuper textam minutatim per fingit dispergit; & Christi vineam exterminant vulpes; ut inter lacus contritos qui aquam non habent, difficile ubi fons signatus, & hortus ille conclusus sit, possit intelligi: ideo mihi cathedram Petri, & fidem Apostolicam ore laudatam consui consulendam, inde nunc mea anima postulans cibum, vnde olim Christi regimēta suscepi. Neg. vero tanta vastitas elementi liquentia, & interiacens longitudo terrarum, me à pretiosa margarita potuit inquisitione prohibere. Vbi cumq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquila. Profligato à sobole mala patrimonio, apud vos solos interrupta patrum seruatur hereditas. Ibi cessante terra fecundo dominici semini puritatem centeno fructu refert: hic obruta sulcis frumenta in lolium auenarum degerant. Nunc in Occidente sol iustitiae oritur: in Oriente autem

Adam Conzen in Euang. Tom. I.

tem Lucifer ille, qui ceciderat. Supra sidera posuit thronum suum. Vos estis lux mundi, vos sal terra, vos aurea vasa & argentea: hic testacea vasa, vel lignea, virgam ferream & ætænum operiuntur incendium. Quamquam igitur cui me terreat magnitudo, inuitat tamen humanitas. A sacerdotē victimam salutis, à pastore presidium ouis flagito. Faceat inuidia: Romani culmini recedat ambitio: cum successore piscatoris & discipulo crucis loquor. Ego nullum primum nisi Christum: sequens beatitudini tue, id est, cathedra Petri communionē con socior: super illam petram adificatam Ecclesiam scio. Quicunque extra hanc domum agnum comederit profanus est. Si quis in arcā Noë non fuerit, peribit regnante diluuiō. Et quia pro meū facinoribus ad eam solitudinem commigraui, quæ Syriam iuncto Barbaria sine disterminat; nec possum sanctum Domini tot interiacentibus statim à sanctimoniam tuā semper expetere: ideo hic collegas tuos Ægyptios confessores sequor, & sub onerariū nauibus parua nauicula delitescō. Non noui Vitalem. Melictum respicio, ignoro Paulinum. Quicumque tecum non colligit: hoc est, qui Christi non est, Antichristi est.

VERSUS 8.

Sciens autem Iesus dixit: quid cogitatis intra vos modicæ fidei, quia panes non habetis?

QUESTIO I.

Cur vocat modicæ fidei?

§. 1. **A**Nxie non modo cogitabant, sed etiam inter se disceptabant, Marc. 8. 16. Christus cogitationum inspector, & verborum remotus auditor exemplo ostendit; eos de panibus sollicitos esse non debere.

Olæzomizæ potro appellat, non quod de prædestinatione dubitarent, sed quod nescirent vnde sibi victum pararent. Fidei defectus in eo cernitur, quod cum Christus fermenti induceret mentionem, illi se reprehendi putarent, quod panes non accepissent, & Christus eā de re tanquam damno loqui aliquo. Itaque quamuis vidissent eum turbas pascentem pane multiplicato, non tamen credebant id eum iam posse facere, non quod re verā iudicarent, id eum non posse, sed quod solliciti non exercebant fidem, quod crederent illum posse. Ommissione igitur actus delinquant, non autem contra fidem iudicium conceperunt. Ita crebro fieri solet dum languidā fide in aduersis tristamur, ut non cogitemus Dei potentiam, atque inde fiduciam capiamus. De hac incogitantia grauius eos Christus increpat: ut monet Chrysostomus: nam & in ipsum Dominum quodammodo *olæzomizæ* erat contumeliosa, quasi fermenti mentionem ideo faceret, quod panes deesse sciret, ideoque sollicitus esset.

§. 2. Quid potro hic *olæzomizæ*? Non est defectus fiduciæ, quæ certi esse deberent se prædestinatos, se fidē amittere non posse, se semper iustos esse mansuros. Igitur nec *olæzomizæ* magna fides, est talis fiducia. Ap. Fides non paratque quantum à vero abhorrent, qui fidem illam præsumptione definiunt. Quid ergo hæsitant? Quia electionis, panes non accepimus; hoc enim intra se dicebant. Et Christus; quid cogitatis intra vos modicæ fidei, quia panes non habetis? Hæc igitur cogitatio erat, in qua modica fides cernebatur, nempe anxia de pane disquisitio, & quod ad Christi potentiam, quam recentissimè experti erāt, se non reflecterent, ut omnem sollicitudinem ex animo reicerent. Hic vnici igitur locus satis supetq; demonstrat: quid magna, quid parua fides sit in Euange-

Dd

lio;